Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

magnus est. quippe quae & uelamine tecta est.
Cresce ergo iam in prophetis! Cum ú pueneritis
usque ad hoc ut & uelamen abiciat. tunc erit
magnus ualde; Cū coeperit litteras legis ue-
lut palea hordei eius secerni. & apparuerit
qd spiritualis ē lex. tunc isaac magnificabit
& fit magnus ualde; Uidetenim quia &
dns in euangeliis paucos panes fregit. & quot
milia refecit populorū. & quanti cophini re-
liquiarū sup fuerit. Donec integri sunt panes
nemo reficitur. nec ipsi panes uidentur augeri;
Consideremus ergo nunc quomodo paucos panes frēn
gimus. descripturis diuinis paucos sermones
adsumimus. quot milia hominū satiamur;
Sed nisi fracti fuerit isti panes. nisi in pastes
comminuti a discipulis. hoc ē. nisi minutati
litteras fuerit discussa & fracta. sensus eius
ad omnes non potest peuenire;. Cū aut fracta
re coeperimus. & singula quaeque discutere.
tunc turbae quidem quantum potuerint sumet.
Quod aut non potuerint colligendū ē. & reser-
uandum. ne quid pereat;. Seruamus ergo &
nos. si quid turbae capere non possunt. & recolli-
gimus in cofinis & sportis. Deniq; paulo ante